

A ad Marfurium & Belingandum adhuc debellandos in Hispania mitti his conditionibus, ut Christi fidem & pacem acciperent, aut certum auri & argenti pondus sub tribu nomine perenderent. Ganalonus mandatum quidem periclitum: ceterum auro corruptus, proditor exercitus Caroli factus, consilium tale hostibus dedit, quod fecuti illi, Rolandum Ducem cum flore totius Gallie exercitus egerunt. Carolus iam atroci hamulo percussus, debellatis hostibus, Ganalonus proditoris convulsum, ferocissimis quadrigis distractum, scdm lanavi. *Sab. lib. 8. En. 8.*

Brunehildis Athanagildi Visigothorum Regis F. uxor Sigeberti Francorum Regis, uno pede & brachio mutilata, ad eandem equum indomite religata, ex Lotharii Regis & procerum sententia, ob inaudita scelera & decem reges extinctos, discrepta est. *Regino lib. 1. Sigeb. Gaguin. lib. 2. Avent. lib. 3.*

Jarmericus Danorum Rex, Comitibus, Ducibus, Principibus Teutonice gentis captos, trajecit sine tibiis, equis in diversa raptantibus præbut laceras. *Saxo Gram. lib. 7.*

Sub Hunnorum in Europam adventum, ann. Domini. 373. quadam mulier, que in viri necede deprehensa fuerat, capitis accessit: homicidii convicta pariter & adulterii, usque ad eum Regis Gothorum Hermanarici iram facinoris indignitate succendit, ut quatuor equorum discrepta mulcetur. *Bonifinus lib. 2. Dec. 1.*

Brixiani Henrico VII. Imperatori, Theobaldo Bruffato auctore, rebellantes, tandem obfidione longa, fame, ferro, flammæ perdomiti sunt. Theobaldus ante illud Spira à Cæsare militari parazonio donatus fuit, ejusque beneficio ab exilio in patriam receptus. Is cum paucis militibus in monte, qui Brixia imminet, capitur, & ad Cæsarem perducitur. Quem acerbissimis verbis ut proditorem incesit, diligentissimeque per octiduum curatum (vulnus enim lethale habuit) equo alligatum per exercitum raptari, in quatuor dein partes dissectari iussit. *Cusp.*

Gallia tota ab Rege Anglorum Eduard. I. subacta est, princeps in bello cæsus, ac frater pedibus ad eandem equi religatus ad locum supplicii tractus, in quatuor partes discreptus, quas in diversas Anglie civitates misit, ad delectationes cohobendas. *H. Boeth. lib. 13.*

Corius Donatus Florentinus, cum ad prosperum rerum suarum successum ejus existimatio nimitum cresceret, populo in suspicionem venit, tanquam in urbe tyrannidem affectaret. Furere igitur populo, & edes ipsius, Libertatis accepto vexillo, oppugnante, clam in equum confendit: & cum milites quidam eum insequerentur, ab equo delapsus, stapedi adhaerens, ab equo mitere conculcatus, sine ullo honore tumulatus. *Fulg. lib. 6. c. 11. & Sab. lib. 7. c. 8.*

Devorati. Demorfi.

Glauco filius Sisyphi (qui apud Potiam regnavit) dum equus humana carne aleret, ab eisdem postremo devoratus est. *Vir. lib. 3. Georg.*

Scilicet ante omnes favor est insignis equarum, Et mentem Venus ipsa cadit, quo tempore Glauco Potiades malis membra absumpsit quadrige.

Diomedes Rex Thracie, dum equos suos humana carne aleret, ab Hercule illac iter faciente equis ipsis datus est in pabulum. *Ovid. in Ibin.*

Vi qui Threicis quondam præsepia regis Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.

Abderus, unus eorum, qui ab equis Diomedis Thracie Regis interfecti sunt, & devorati. *Ægidius Maserius in Valerii Argonautica.*

Hippomenes Atheniensium Princeps, filiam Limonem in adulterio deprehensam, unâ cum equo feroci conclusit, nec hinc nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam devoravit. Hinc ortum Adagium, à Diogeniano postum: Magis impus Hippomena. *Ovid. in Ibin.*

Necoles Themistocles filius, equi mortui interit, *Plutarc. in Themistocle.*

AVIBUS.

Æschylus Atheniensis Tragicus in Sicilia sub dio capite aperto sedens (quod eo die ex casu sibi periculum instare à vate didicisset) quia calvaster erat, faxi speciem exprobat. In eum ergo aquila, testudinis marine corticem perruptura, magno cum impetu demisit conchylium. Cujus lectu exanimatus perit.

Cretensis cum aquila sagitta confixisset, ipsa ex alto decidens, cervicem ejus sagitta eadem vulneravit. De quo sic in

1. *Epigr. Græcorum Apollonides:*
 Τὸ πρῶτον δὲς ἔπευ κίερα κίερα παρῆρας,
 Ὀφειδὸν τὸν ἴσον ἀμυγροῦ.
 Κίερα δὲ δὲς ἀκάρη παρὰ πρῶτον κίερα,
 Ἡρόδοτος δὲ δὲς ἀκάρη, ὡς ἴσῳ.
 Μυκῆς δὲ δὲς ἀκάρη κίερα δὲ δὲς
 Ἀδελφὸς δὲ δὲς ἀκάρη δὲ δὲς.
 Πίερος, Βελλίσος ματίνος.

3. *Vide Tit. Submerforum, quatenus à marinis bellis devorantur.*

Epoppeus ex insula Icaro, cum piscatur cum filio, nullumque alium piscem caperet præter Pompanos, omnibus Diis in Samothracia, Veneri item & Neptuno sacros, ab eis edendis non abstinuit, sed omnes cum filio unâ comedit. At paulo post pernas impietatis luens, à cete in conspectu filii deglutitus fuit. *Athen. lib. 7. c. 6. & Cal. lib. 12. c. 12. A. L.*

Vedius Pollio Romanus, tempore Augusti, quum piscinas magno studio ac diligentia coletet, servos suos occidebat, eosque piscibus dabat in prædium, ut hominum cruore pasti delicatiores essent.

BOBUS, TAURIS.

Dirce mulier dolens maritum suum Lycum Antiope amore captum, Antiope ipsam tauri cornibus alligavit: ad cuius vociferationem protinus accurrerunt Zethus & Amphion, quibus filium: qui ad ascendendum injuriam matri factam, tauri indomito Dirceam alligaverunt, eaque morte extinxerunt. *Propert. lib. 3.*

Maerinus Imp. geminos boves mira magnitudinis aperiri iussit, usque Milites singulos (qui ancillæ hospitis pudorem violasse ferebantur) in eluit, capibus boum excæcis, ut factilius unâ colloqui possent. *Sab. lib. 6. Enn. 7.*

Saturinus Episcopus Tolosanus, dum acerrimè pro Christiana fide pugnaret, ferocius tauri cornibus alligatus, membris contractis, & illio cerebro, Domino spiritum reddidit. *Martyrol. Rom. 29. Novemb.*

Proto III. Danie Rex, obit morte magica, à malefica femina in bovem verâ, interfectus A. C. I. regni 50. ætat. 57. *H. Hennings in Genes.*

Egillus Sveonum & Gothorum Rex, quum esset strenuus justitiæ & aequitatis cultor, non paucos proceres, quibus ea severitas minime placebat, offendit. Hi furiosum taurum maleficio procuratum, regi publica via incedenti objecerunt, à cuius cornibus impertitus, vitam pariter & secepta reliquit. *Io. Magnus lib. 8. c. 13.*

CAPRIS.

Crathis pastor Sybarita capellam uti amicam amplexabatur, non sine multa suavitatione: quin etiam munuscula ei offerebat, pabulum lætus amenique molles quoque subferrebat accubitus, quibus velut Nympha decumberet, & in illius quiesceret. Quod contempsit dum gregis hircus, castro zelotypus agitatus, dormientem adortus est, eique syncipul illit. *Polater. & Calius.*

CANIBUS.

Laniati. Discerpti.

Lycan Arcadiz Rex, eò quod hospites trucidaret, & Jovi membra humana epulanda appouisset, ab eodem in Lupum mutatus, à canibus suis in venatione discreptus est. *Vir. lib. 16. Amikrop.*

In Boeotia Plateas Megaris contendentes, ad dexteram fons, & paulo progressus longius saxum est, Actæonis filii Aristæ, ex Autonoe Cadmi filia, nuncupant. Nam super eo dormite Actæonem solum dicunt, à venatione faugatum: atque inde Dianam in fonte proximo lavantem apexisse. Sichelorus Himeracus Actæonem à Diana cervi pelle circumdatum scripsit, incitatus ad eum lacerandum canibus, ne Semelam uxorem duceret. Ego, Actæonis canes, facile adducit, ut credam rabie percitos, cum in quem lævirent, furentes non sentirent, in quemvis obvium fuisse impetum facturos. *Panjanias in Boor. Ovid. lib. 3. Metam. & Seneca in Thebaide.*

Linus filius Apollinis, ex Platama Crotopii Argioryum Regis filia, à matre apud Nemaum suum expostus, ibidem à canibus lanatus est.

Thraus puer Delius, Diane charissimus, à canibus interfectus est. *Ovid. in Ibin.*

Pradu-

A Prædæque stillis, quibus est Latonia Delas, Ante diem rapto non adenda Thrao.

Puella prima nocte maritum fugiens, à canibus lacerata fuit. De qua sic Antiphanes in 1. Epigr.

Δουλοῦν δὲ λυοῦν ἐπὶ πρῶτον ἢ ἔσθῳ,
 Ἄνδ' αἰδὸν ἐπὶ πρῶτον πρῶτον.
 Δεῖται δὲ Μάβαν ἀποστῆναι κίερα ἀπὸ πρῶτον
 ὄφελον, ἔσθῳ πρῶτον κίερα.
 Φραδοῦν ἡδὲ κίερα κίερα. ἢ δὲ γυναικῶν
 Ἐπὶ ἰδὸν, ἀποστῆναι ἔσθῳ δὲ πρῶτον.

Neanthus propter chelyn Apollinis tenerè affectatam, deo vindicè à canibus discreptus est. *Politianus in Neutricia:*

Improbis hanc stulte obelyn affectare Neantibus Ausus, Apollinea pendente sustulit ade:
 Quem tamen indocto ferentem pollice chordas
 Vindicè discrepti rictu nocturna canum vis.
 Manes, Diogenis heri sui severitatem fugiens, deprehensus, & Delphos adductus, à canibus discreptus est. *Ælian. lib. 13. de Var. hist.*

CONSYNGEM reginam, propter liberio rem cum marito Nicomede rege Bithynie ac lasciviorum jocum, fuisse interfectam à regis cane, scribit *Plin. lib. 7.*

HERACLITUS Ephesus, cum ut hydropisim curaret, bovino stercore seu sero, ut Svidas ait, peruncus, capite solo extans, sub sole maneret, & is, qui illi ministrabat, eum forte reliquisset, à canibus dilaniatus fuit. *Fulg. lib. 9. c. 12.*

In Macedonia vicus quipiam est, qui Thracum dicitur, propterea quod olim à Thracibus sit inhabitatus. Hic cum canis quidam Archelai regis Macedonum abertasset, Traces de more suo madatum sacrificatum, ac devoratum. Quod ubi compertisset Archelaus, talentum eis multum dixit. Verum cum illi solvendo non essent, Euripidem subornavit, qui rege exoraret, ut sibi multam remitteret. Postea verò cum Euripides in sylva quadam folium esset, & Archelaus à venatu reverteretur, canes Euripidem cinctum discreperunt, devorantique. Exissimatum est autem, eos canes ex eo prognatos fuisse cane, quem Thracæ sacrificatum. Hinc Adagium apud Macedones inerebit, *canis sibilus*, Canis vindictam passus est. *Valer. Max. lib. 9. de Morte non vulgari, refert Euripidem, cum ab Archelao rege Macedonum cenæ adhibitus fuisset, domum à convivio repentem, à canibus fuisse discreptum.* Eos alii à Decamichno, qui propter objectam oris gravolentiam iussu regis vapularet, alii ab æmulo quopiam immisissos fuisse, confirmant. *A. Gellius Noctium Asticularum lib. 15. c. 20. Svidas* addit, hos æmulos fuisse, Ardzum Macedonem, & Cratevam Theffalum poetam, quos Eurip. gloria urebat: alii poetam Promerum, gigantes eum à regis canibus dilaceratum fuisse. Sunt qui narrent, eum non à canibus, sed à mulieribus fuisse dilaniatum, cum impetula nocte Craterum adolescentem peteret, Archelai amatum: Testatur enim *Gellius, Euripidem juvenem fuisse. Erasmus in Adagiiis, & Cyraldus hist. poet.* Hinc est illud Ovid.

Vique coturnatum vatem tutela Diane, Dilaniet vigilum te quoque turba canum.

Uxor Æmilii adolescentis, zelotypia morbo affecta, dum suspicaretur maritum alterius puellæ rapti desiderio, in sylvas profectum secuta est. Ubi quum ad explorandum rei veritatem in dumis & vepribus delitesceret, à canibus seram esse opinantibus lanata est. Recognita, Æmilius seipsum interfecit. *Plurarch. in Paratellis, apud Sybarim Italie oppidum*

CYANIPPUS genere Theffalus venatum assidue proficisciebatur. Nova verò nupta Leucous, quam habebat, suspicata, quòd subinde in sylvis moraretur, consuetudinem habere eum cum alia, vestigium Cyanippum secuta est, atque inter densa arbusta delitescens, futurum expectabat. Ramis agitatis canes seram rapti accurrerunt, vitique amantem instat bestie rationis expertis dilacerare. Contemptam rem inexpectatam ipse Cyanippus, interemit se. Ita poeta Parthenus. *Plin. in Parat.*

LUCIANUS Samofatenis interisse fertur à canibus, cum rabiem suam contra veritatem exercuisset. Nam in Peregrini vitam consecratus, & ipsi Christo maledicte, hosta perfringit Christianissimum, ut vagus per sylvas errans, à suis tandem canibus devoratus esse tradatur. *Dubravus lib. 8.*

BELLIUS pulsus Patavio, quòd severius sanctique, quam L. B. T. heat. *Vite Humanæ. Tom. IV.*

ab illis probari posset, Episcopum ageret, insectantibusque ad veritatem in palustre agri Rhodigini solum, quindecim millibus passuum Rhodigio distans, divertit. Quum manus hominum evasisse videretur, canum rabiem non evasit, à quibus fuit evestigio discreptus. *Calius lib. 17. c. 28. Antio. Leil.*

Anno Christi 1520. Judæus Pragæ in Bohemia, quòd cum Christiana rem habuisset, dolio picato pro foramen virile pendendum indere iussus, ferrato & obtuso cultro iuxta apposito, cum vi caloris torqueretur, sibi ipsi paries, per quas peccaverat, amputavit: cumque cruentus fugeret, immisissis atrocissimis canibus laceratus est. *Cromerus.*

VIROLIUS Litanie dux, si quem morti destinasset, urina involutum pelle canibus lanandum objiciebat. *Sabell. lib. 8. c. 3. & Fulg. lib. 9. c. 2.*

FRANCISCUS Novellus Carrariensis, princeps Patavinus, androphagos canes immanis staturæ habuit, quibus miseris cives lanandos objicere solebat. *Sab. lib. 8. Dec. 2.*

DIODORUS Sinopeus, Cynicus philofofus, jam senex, à Scytalo pirata captus, venundatuque, cum liberos Xeniadis Corinthii instrueret, & crudum polypum canibus divideret, ab uno eorum in crure fauciat, eodem die, quo Alexander Babylone obiit. Quamvis alii ex retento spiritu occidisse tradant. *Laertius.*

Scribit septimo de Animalibus Albertus Magnus, se hominem vidisse, cui in brachio morsum infixisset rabidus canis: anno autem septimo post cicatricis locum intumescere crepisse, atque intra biduum interiisse. *Cal. lib. 17. c. 28. Antio. Leil.*

BALDUS Jusconsultus à canulo, quem in deliciis habebat, labium leviter morsus, cum rabie ipsum necisset, & vulnus ob exiguitatem neglexeret, quarto post mense phanaticus interit, in vanum tum tentatis omnibus remediis. *Ambr. Patavus Chirurgus lib. 20. Operum, c. 14.*

MURIBUS.

HATTO Bonus Archiepiscopus Moguntinus. *Vide locum de Pauperibus.*

MISCO princeps Polonie, an. 1230. à muribus foricibusque, nulla vi humana, sed neque fluminibus neque aquis ad resistendum sufficientibus, devoratus est. *Dubravus lib. 15. Sed G hoc Popolo circa annum 823. Poloni tribuunt: alii Miecilao, Conradi Ducis Malonizæ filio. Quere locum de Impietate, item de Muribus.*

Quendam, qui S. Clementis templum spoliarat, à muribus devoratum, an. 1012. in Saxonia scribitur Chronico.

Anno 1056. quidam nobilis, in convivio genio indulgens, muriumque glitiumque multitudine circumventus, per mare navigio efugere tentans, ab iisdem muribus insectantibus magno cum nauarum periculo devoratus est. *Vinc. libro 25. c. 117. Mart. in Chron. Joannes de Oppido, & Navel.*

MUSTELIS.

ARISTIDES Loctensis mortuus à musela Tartessa, moriens dixit: Multo sibi jucundiorum mortem futuram fuisse, si vel ex leonis, vel ex pardalis morsu obtigisset, quam ab ejusmodi contempta bestiola. *Ælian. lib. 14. de Var. hist.*

GORGONIBUS.

Quidam ex iis, qui militavit cum M. Mario contra Jugurtham, Gorgonem videntes, Numidie animal, putantesque esse Hovem sylvestrem, quia tardè movebatur, in ipsam irruerunt, tanquam ensibus, quos habebant, interfecturi. At illa perterrita, comam concutens, quæ ante oculos jacebat, eos confestim interfecit. Hoc cum scriptis fecissent alii, morerentur, quæ, & omnes, qui appropinquassent, explicarunt quidam animalium naturam, quam ab incolis didicerant. Ergo equites quidam Nomades Mario jubente eminus jaculis percusserunt, ac seram ad ducem accedentes attulerunt. *Martius horum animalium pelles Romam misisse, quas nullus ob miram coloris varietatem, cuius essent, conjectura consequi poterat, & in templo Herculis positas fuisse, in quo triumphantes duces convivia civibus exhibebant, multi poetæ atque historici testantur. Athen. lib. 5. c. ultimo.*

SERPENTIBUS.

Israclitæ in deserta montis Horeb, cum perterriti manna crectis & longi itineris, contra Dominum & Moysem inirexissent, immisit eis pestiferes Dominos, quibus multi necabantur. Tunc populo peccatum suum falso, Moyse serpente in anem iussa Domini crexit, quem intuitu liberabantur. *Nb. 21. G. Senec.*

A Seneca in Medea scribit, Idmona a serpente in Libya caesum, ibique sepultum, ubi ait:

Idmonem (quamvis bene sua aesser)

Concidit serpens Libycais arenis.

Ovidius tamen scribit, apud interfectum.

Hesperie puella coluber, fugientis admo-

tu fugiens, serpentis morfu perit. Ovid. lib. 11. Metam.

Ego latens herba coluber, fugientis admo-

tuente pedem strinxit, vulnusque in corpore liquit.

Eurydice Orphei uxor, Aristaem (a quo adamabatur) fu-

gens, a colubro in herba latente interfecta est. Ovid. lib. 10. Metam.

OPHELTES (qui alio nomine Archemorus dicitur) filius Ly-

curgi, regis Nemeae, dum negligenter ab Hypsipyle nurrice

custodiretur, serpentis morfu extinguitur. Strabo lib. 8. Poly-

biius libro 2.

LAOCOON Trojanus, petussa in ventrem fatali machina,

penam luisse dicitur, duobus filiis a draconibus occisis. Qui-

bus dum praesidio esse vellet, eadem perit morte. Virgilius

lib. 2. Aeneid.

B SULPITIUS in Lucanum air, Canopum gubernatorem navis

Menelai, apud mortu apud Canopum Aegypti urbem esse

interfectum.

Orestes, ut scripsit Iacius, ex Erigone Aegypti filia, uxore

ducta, Penelopiae genitricis, habitavitque Atocadum urbem Ore-

stiam, ubi a serpente ictus, extremum vitae suae diem conclusit.

Pausanias in Arcadia, Natalis Comes Agyal. lib. 9. c. 1.

ARISTON Chias tragicus, dum cogitandus per sylvam

incedit, & folia arboris manu decutit, decedit serpens, qui eum

lethali vulnere in dextera laucavit. Cyralda Poetis.

Demetrius Phaleratus, cum regi Ptolemao Soteri consule-

ret, ut filius, quos ex Eurydice suscepit, regnum traderet

ille vera filio, quem ex Berenice genuerat, didicim apudposu-

isset: ab eo ipso post patris mortem carceri inclusus, donec ali-

quid de eo sanaretur, apudem admisit, & ab eo demorsus

manu, veluti dormitans oblit, sepulchrum in Bustritide regione

prope Diopolin, Laert. lib. 5.

CLEOPATRA ab Augusto separata. Vide locum de To-

lerantia s. Ignominia causa.

HELOGABALUS Imp. vim serpentum maximam, per Mar-

tiae gentis sacerdotis quaestiam, anelucanum horis in multitudine

missit, quos speculatorum die loca in theatro, ut mortis

fuit, occupare solebat. Quo terrore multi affecti sunt, multi

illarum morbo exanimati. Sab. lib. 6. En. 7.

Regneris Lochbroch cognomento, rex Daniae, inter navi-

gandum incidit in manus Hellae filia Hamonis, quem ipse

Dania a Gallis in vechum exturbat, & coniectus in carcerem

arctissimis penis consumptus est, adhibitis serpentibus, qui

hominem affligent immaniter. A. C. 831. H. Henn. in Ge-

neal.

Narrat Matthiolus, visum sibi Rusticum, qui dum falce

pratum demerere, viperam forte medium divisit. Hanc cum

putaret mortuam, frustum alterum, e quo caput promine-

bat, intrepidus manu prehendit. Sed fera irritata, capite

vibrato, digitum ejus momordit acriter: quem, ut fieri (vel

nihil tale cogitantibus) solet, dum ori protinus admovisset,

suctu sanguinem, saniemque expressit, repente mortuus

excidit.

Olaus, Dux Moscorum, in capite leu cranium equi sui jam

antea utrotum pede cum impigisset, viperam vel serpentis morfu

D lectis mortuus, cum 33. an. imperasset. H. Hemminge in Ge-

neal.

SCORPIONIBUS.

ORION cum se jactaret, nullum a terra monstrum produci

posse, quod non conficeret: terra ipsa peperit scorpionem,

a quo interfectus est. Ovid. lib. 9. Metam.

Praesiam novo vermium genere per astatem insectatam suis-

se ferunt anno 1587, qui caedis canerorum praediti, quodcum-

que aculeo pungissent, intra tertium diem extinguebant.

Cromerus lib. 10.

ARANEIS.

LOTHARUS Lotharingae rex, cum Ludovico II. Imp. contra

Saracenos in Apulia auxilio adisset, anno sal. 867, militi-

bus ejus ex insueto astatu calore, & coeli intemperie gravissim-

is in morbos lapsus, ac perique pellentibus araneorum

moribus febre morte consumptus, domum Inglorum rediit.

Sigonius lib. 5. regni Italicae.

MUSCIS.

POINTECHUS faber Colophone in Lydia habitans, ob stu-

pratam Chelidonem Aedonis uxoris sororem, a Pandarci foeci

pit,

servis vinculo insolubili confictus, corpore melle inuncto E-

mulcis expositus fuit: donec ejus miserum Jupiter, cum in ha-

liaetum commutavit. Anton. lib. ex Bai. Ornith.

APIBUS.

HERMONAX, Amyntoris & Lydicus F. infans, cum ad al-

vearia mellis delictorio accessisset, apum aculeis confectus est.

De quo sic Antipater in 1. Graec. Epigr.

Τὸ βῆμα τὴν ἰσχυρὰν ἀνεγχεῖται μέλιτος, ὅτε κινῆσθαι ἔβουλο, κινεῖται μὴδ' ἄλλοι.

Πολλὰ δ' ἐξ ἑκῶν ἐσθλῶν ἀποστῆ, αἰ, αἰ, κούρην. Ἄρ' ἐστὶν γὰρ κατὰ μαρτυρία;

Ἡλθε Ἄνδρῶν, ὃς κινεῖται, μὴδ' ἄλλοι, ἄλλοι, ἀκείνους κινεῖται ἄλλοι.

Apud Arethufius Marcus Ienex, Constantino imperante,

idolorum quoddam templum everterat. Ob id Arethufii sub

Josiano Apollata cum comprehenderent, nudatum, tortum-

que, verberibus laceratum in cloacas foetidas abjecerunt, at-

que inde retrahunt pueris filium compendendum propulserunt:

postremo in corbe locatum, & melle unctum, vi-

dio veispis & apibus exanimandum tradiderunt. T. boed. lib.

3. c. 7. & Suidas.

PEDICULIS.

CONFITE TIT. Phisivialis mortui.

* POENE A DEO INFLICTÆ.

PUNITI HOMICIDII EXEMPLE HISTORICA.

Michael Romanus Imperator cum imperasset annos quin-

que & mentes sex, ab adultera conjugis Zoe Augusta veneno

parato consumptus palatium, fed necdum defunctus, opera

ejusdem conjugis, & ejus, qui in locum conjugis ipsius Michael

origine Paphlago aduler est subrogatus, miserè frangulatus

interiit. De quo sic Crapanzates: Hac nocte, cum sacrosancta

Christi tormenta caneretur, accessit effi Alexius Patriarcha

ab Imperatore, ut se citò ad palatium conferret: qui cum pre-

lo praefuisset, reperit mortuum Imperatorem Romanum. Il-

lato autem trichilino in suggesto fedens Zoe educit Michaelen,

& Patriarcham cogit ipsium fecum consecrare, qui verbis illius

obstupescit obmutat, & benedictionem anceps dissebat.

Verum Joannes cum Zoe, quinquaginta auri libris Patriar-

cha, & quinq. quaginta Clero tradidit, effect, ut dignos eos pu-

taret, quos consecraret. Romanus autem Imperator, ut di-

ximius, interemptus, in monasterio à se recens condito illustri

sepultus, ipso magno Parafecus die. Zoe autem Michaelen in

regio throno à se collocatum existimavit se pro viro & Im-

peratore servum ac ministrum habeturum, & jam patriis eu-

nuchis in palatium introductis, strenue agere debebat publica

munera. Verum eum omnia praeter spem aperte fecerere, &

contra sententiam. Nam Imperatoris frater vir strenuus, & re-

rum peritus, simul atque in Regiam ingressus est, Regine eunu-

chos à palatio amovendos curat, & fidelissimas ejus ancillas eji-

cit, & mulieres sibi cognatione propinquas castodes ejus impos-

uit, & nulla res aut parva aut magna gerebatur, nisi eo vo-

lente, & prorsus ab omnibus illa prohibebatur, ac ne balneum

quidem artingebat, nisi eo volente, &c. Inferius autem ista

subjicit: Non placuisse autem Deo que fiebant, statim ex ip-

sus exordis demonstratum est. Undecima autem hora sancte

& magna Dominice decedit intolerabilis & violenta grando,

adè ut confingerentur non solum arbores, sive fructuosae,

sive infructuosae, sed etiam domus comterent, & templa us-

que ad solum, & segetes, & vites. Quare fuit hoc ipso tem-

porè magna omnium frugum & fructuum inopia. Ex Ioan.

Ciropalate Baron. tom. 11. ann. 1034. 39. 30.

Anno Domini 1708, in qua Anglicae Ecclesiae monu-

menta docent, Eduardus Rex Angliae infidus sceleratae Nover-

cae occidit, ut ejus filius Ethelredus puer annorum decem

Regatum consequi posset. Porò ita innocens infans Rex ne-

casus, miraculis coruscans, cultus est ab Anglis usque hodie, cujus

tragediam, quo modo se habuerit, sic accipere brevitate restrin-

dam: Cum Rex Eduardus die quadam in venatione lassus, &

sibi nimis affectus potum solum quateret, commilitonibus suis

& ministris carens, quocunque casus duceret, insequentibus,

audito, quòd noverca ejus & frater in villa quadam, quae

Cornegate dicitur, habitaret: condito equitatu illic peren-

dit, nihil finistrum propter innocentiam equitatus, sibi fecit acci-

corda ex sui pectoris moderamine ponderans. Ac noverca ejus

blandis eum lacrimibus adveniente alienis, sibi fecit intenden-

tere: & post oscula sibi porrecto poculo, Regem illud avidè

haurientem per lictoris manus sic transdidit. Rex verò cum se

vulneratum lethaliter cognovit, equum calcibus urgere oep-

it,

Apit, ut rediret ad suos, exundante jugiter cruore; unde fuit

moris indicium fe querentibus dedit, & in terram cecidit.

Tunc Eldritia mulier illa nequissima, & ejusque filius Ethelredus

corpus sancti Eduardi Regis & martyris sine honore apud

Marham sepeliri jussurunt, publicam luttitiam agentes & festi-

viam, ac si cum corpore pariter & memoriam sepelissent. In-

videbant enim morbo Ecclesiasticum concedere sepulchrum,

cui viventi decus regum auferrebat. Sed assuit divina com-

miserationis consensus, qui innocenter casum miraculorum

gratia sublimavit. Nam adeo caelestia ibidem visa sunt delapsa

fuisse luminaria, ut etiam cum ipis luminum radius, claudis re-

stituere gressus, caecis visus, mutis loquela, & cujuscunque

infirmitatis livore detenti optate fanitatis praemia consequen-

rentur. Fit concursus populorum totius Regni ad Martyris se-

pulchrum, & inter alia, interfectrix illud iter arripuit. Jamque

equum ascensum cum simulis urgeret, qui ante ventis promp-

tius autem ipsas praecurrebat, & dominam argenteum quasi effre-

nis portare adueverat: tunc Dei nutu stabat immobilis, pra-

ecipue cum ministris hinc verberibus, illic clamoribus equum

uadique & simulis agitarent. Inanis labor assumitur, dum

equo mutato casus idem subsequitur. Tunc Eldritia, viò Dei

miraculo, miserè poenitit, adè ut multis annis carnem suam

in deliciis enutritam apud Varenuellam cilicio domaret, solum

prostrata somnum caperet, & cruciatu, quocumque porit,

corpore applicaret. Append. ad Bed. de gestis Angl. lib. 2.

Math. V. c. 1. Monast. apud Baron. tom. 10. an. 978. 2. 3.

PARRICIDIUM.

Popielus junior, suscepo principatu à patre destinato, con-

cordi patruorum procerum voluntate, etiam tum impubes

inauguratur, delectis aliquot de numero patruorum, qui rem

administrent, quoad ipse per publica munia obire posset.

Cum libertatem attigisset, quae maximè lubrica & proclivis

ad licentiam voluptateque atas est, suo jam arbitrata vivere,

patruorum monita aspernavit, cum equalibus consilia capere,

convivia comotationeque largiores cum illis frequente-

re, perditos planè mores sequi, & ut ad res agendas ineptus,

Republicanum, judicia & quæritonias negligere cepit. Cap-

tiunt patruum conproceribus consilium, quoniam modo tam

difidula illa Principis sui vita, tamque profligata licentia re-

fringaratur. Uxorem etiam eleganti forma pulchram, Teutonici

Principis cupidam filiam. Videbatur sanè mulier mariti vi-

tam ad meliorem fraterem reducere, torporemque ignavo ex-

cultura. Sed res aliter accidit, nimirum, ut nihil illis de flagitiis

& nequitia sua remitteretur: quibus vitis ante carebat, uxoris

consuetudine eis sibi adjuvnx: nam & avarior factus, decreta

honores, atque magistratum vendebat: & cum virtute ac digni-

tate non posset, quotidianorum suorum sibi confcius, saltu &

crudelitè principatum sibi stabilire, & metui à suis volebat,

cum amari non mereretur. Regiam hæc omnia uxore & impel-

lente, & sequela, faciebat: quae degustata semel dominatus

atque lucri dulcedine, despeclaque viri inertia, muliebri astu

imperium omne ad se traxit, atque cum duobus filiis

Lecho & Popiolo aucta, mollem viri animum amore sui peni-

tus adficiam teneret, & finium perpetuamque apud Polono-

rum dominatum suum fore sibi persuaderet. Unus obstabat

scrupulus, patruorum viri sui gratia, & auctoritas apud multi-

tudinem, integritate vitæ, gravitate morum, & prudentia col-

lecta. Hos metuere, hos jam blandis admonentes, jam libe-

rius objurgantes oderat; horum tacitam etiam conscientiam

perintesebat. Itaque viros eos quam maxime potest suspectos

& invidios confectis etiam criminibus reddidit: perfuadet, illis vi-

vis & incolumibus principatum ipsi percerum firmumque esse

non posse. Quem si retinere ipse vellet, & liberis suis relinque-

re, tolleret patruos de medio. Si ipse satis animi ad id facinus

non haberet, sibi mandaret eam provinciam: illos armis atque

viribus, se dolis instructiorem esse: consecratur fe negotium

sine ulla populi offensione, vel suspitione. Quibus dictis, facitè

agrum, atque tumidum viri animum in deturbatum partem

impulit. Intur necdum morum illorum ratio. Gravem & pericu-

losum morbum Principum simulat: patruos neci destinatos acci-

ri ejus nomine uxore jubet: conveniunt sine mora circumstant

incauti agrorum Principem, consolantur. Ille morbi magni-

tudinem genitum affimulabat: adesse vitæ suæ finem divinitus sibi

indicatum: uxorem, parvosque filios illorum tutela fideique

etiam atque etiam commendabat. Complectur muliebribus

ejulatiibus, planctibus & lamentis regiarum funebres exequi-

tiæ ipso jubente Principe. Absumptio in his die, cum jam ad

A *Discerpunt propriis faucibus membra patris.
 O qui caelesti fulmen sacularis ab arce.
 Cui tua tam lentas sustinet ira moras?
 O amor! O pietas! pascat silvatica monstra;
 Linqvitur in vacua triste cadaver humo.
 Interea turpem nimiosus uterque tabernam,
 Palma velut fuerit robore parva, petunt,
 Nuda praeceptis seniore tefera salu.
 Quare blasphemus provocat ore Deum.
 Imo dum meritis furibundi peccatoris astus.
 Aera sub vacuum relanefanda jacer.
 Sica volat tenues nunquam reditura per auras,
 Mensaque sanguine rore cruenta madet.
 Horrescere ferens divini flagra furoris.
 Mens abiit, & morior, cum meminisse volo.
 Blasphemum vasto tellus consumpsit biatu,
 Vixus ad infernos decidit usque lacus.
 Tardior inter dum Domini ferti ira celestis,
 Supplicio tandem sed graviore premi.
 Stai minor arctis gelido terrore capillis,
 Nec seclus admisum distimulare potest.
 Tandem Lubecum manibus post terga revinctis
 Ducitur, & dira crimina morte luit.
 Qua tibi Maja gemens recitavit crimina Lector,
 Sunt non vulgari cognita vera fide.
 Ex historica narrat. Libri: Hovenii.*

Sanctum Kenelmum tenella etatula puerum, utpote septennium. Kenulphus Rex Merciorum Quendride sororis fidei educandum reliquerat. Sed illa falso sibi regnum praeficiens, fratriculum tollendum de medio factili, qui alumnus erat, commendavit. Infontem, causa remittendi animum vel recreandi, quafi venatum ducens, inter fruteta obruncatum occulit. Et mirum dictu, quod frans tam celate in Anglia commissa Romae divinitus innovit. Siquidem membrana super altare sancti Petri supernè columba ferente delapsa, necis & sepulchri loci per ordinem index, quae quia elementis Anglicis erat conscripta, à Romanis, & aliarum gentium hominibus, qui aderant, frustra legi tentata. Sed salubriter & in tempore Anglus lingue involviturum latialiter Quiritibus evolvens, efficit, ut Apostolice epithola Regibus Anglis compatriotam martyrem indicaret. Quapropter frequenti cætu innocentis corpus levatum, Vvinchelumbam aliàs Vvinchelumbam vehabatur. Ita clericorum vocati cantu, & lacorum alacri plausu parricidalis femina commota est, & fenestra cœnaculi, in quo stabat, caput extulit, & fortè platerium præ manibus habens, continuatione lectionis ad plalmum pervenerat: Deus laudem meam. Sec. quem a fine, nescio quo praelagio, retrogradè dicens, nitebatur lætitan cantantium infirmare. Tum vero vi divina luminaria venefica canis orbibus evulsa cruore versum polluerant: Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduersus animam meam. Cruoris signa extant hodie, inhumanitatem muliercula, & Dei ultionem spirantia. *VVilhelm. Malmesbagg. de gest. Reg. Anglorum.*

CÆDIS HOMINUM SACRORUM.

Accidit nuper res stupenda, & propè incredibilis, nisi multorum testimonio fulciretur. Anno superiori, quo dita fames multos preffit, duo inopes ejus vitanda causa peregrè profecti sunt. Illis autem obit quidam ex longinqua regione comitem se adiunxit. Interrogatus ab illis, cujus esset, aut quò iter intenderet, respondit, ad S. Vvalburgam religionis ergo se proficere. Tum illi: Et nos, inquit, eò cupimus pervenire, erimusque inter nos non injucundi socii, & securius itinerum pericula evitabimus: sed interim nos fame premimur, & præ defectu virium agrè pedes promovemus. At ille: Deo, inquit, fratres mei itineris prolixitatem commendantes, queramus loci aptum, ubi jam appetente meridie paulisper quiescamus, & cibo nos refocilemus. Reperto loco, pariter confederunt, & ille de cœcis suis proferens, obtulit eis. Comederunt igitur, & sumptu cibos, ait ad illos: Jam etiam somno lassata membra recreemus, sed excubias agat unus ex vobis, ne quid accidat periculi dormientibus. Probant illi consilium, sed mente maligna. Nam altero è duobus his se dormire stimulant, altervigilabat: tertius, qui se illis adiunxerat, nihil sibi metuens, intrepidus dormiebat. Tum surgentes illi cœcis hominem innoxii crudelissimi jugularunt: sed cum anxios eos haberet, quid facerent de cadavere, tandem alter id in suos sustulit humeros, in aliquem locum avium illud proiecerunt. Ecce autem dum illud conatur à suis deponere humeris, tam tenaciter sibi illud sensit inhære, ut nulla vi id possit à se avellere. Mirè igitur & miserè discruciatu infelix homicida, videns se suum facinus celare non

posse. Interea quidam ei amicus sit obviis, qui conspecto cadavere, non sine multa admiratione sciscitabatur, unde id esset. Ille autem tanquam amicus fidens, refert, quidquid actum sit, orat, ut suæ calamitatis veli niseri. Non cunctatus ille, districtoque ense brachia cadaveris hominè arcitius completentia etiam articulatim nititur dissecare, ut à tanta ignominia amici liberet. Ibi tum novum licite planèque stupendum videre miraculum. Nam simul aquae manu sua cadaveris lacertos attingit, eos precidere volens, etiam ipse tenacissimè ad junctus est cadaveri, atque hominè illud ferenti, ita ut se ab illis abstrahere non posset. Mox igitur ductus penitentia, & lugens ob admiffa peccata, toto pectore rogavit Dominum, ut ob beatissime Vvalburgæ virginis merita lui miseretur. Cumque sic oraret, & multa sanctæ Vvalburgæ nuncuparet vota, multaque funderet lacrymas, abolutus est horribili nixu illo, jamque libere ingrediens Deum & sanctam Vvalburgam laudabat, nec tamen deserebat miserum illum, sed ad Rheini litus usque eum comitabatur. Quò cum ventum esset, non ferens alter tum cadaveris pondus, tum intolerabile dedecus, in Rhenum cum cadavere se præcipitem dedit. At verò tam immanem homicidam Rheus ferre non sustinens, quamprimum hominem celesum cum cadavere in litus evomit. Quare non mediocriter terrefactus alter, de sua quidem ereptione gratulans, ob illius verò calamitatem lacrymans, ab eo recessit, & ad S. Vvalburgæ monasterium celeri cursu adveniens, qui gestum esset, omnibus enarravit, paratus etiam sua dicta, si id vellent permittere, iurjurando confirmare. Porro infelix ille homicida, ut vnde sepe quidem voluit beata Vvalburgæ implorare patrocinia, sed nunquam Ecclesie ejus posuit fines attingere, ut vel inde omnes peripicue possent intelligere, quam immani scelere se obtrinxisset, qui tam procul à S. Vvalburgæ Ecclesia arceretur. Viderunt hunc multi talia onustum sarcina exanimis corporis, qui tum fure in vivis, utambigi non possit salum & communitium non esse, cujus tam multi extiteret testes. *In vita S. Vvalburgæ apud Sur. tom. 1. die Maij.*

Geila uxor Ducis Franconie D. Kilianum iusserat occidi. Res latebat, sed Deus auctorem hoc pacto prodidit. Unus eorum qui sanctos viros gladio peremerat, subito à damone arreptus, ingenti voce clamare cepit: Kiliane accirre me persequeris: igne enim consumor: quod feci, celare non possum. Video inquit me mihî gladium tuo sanguine reserpium. Talia diu vociterans & propriis demittens se lamias præsentem migravit ad penas æternas. De talibus quippè scriptum est: Duplici contritione conteres eos Domine. Alter vero cæcis factorum conficis, in rabiem versus gladio se petivit, effusisque vitæcoris per tormenta præsentis temporis ad æterna pervenit. Quilnam, Geila, talia cernenti tibi sensus tunc erit: infelix cruciatibus aucta furebas. Non modo post ipsa bellua, de qua loquimur, cruciatibus atrepta, & quantis porerat vocibus clamabat: Justè torquor, quæ sanctis viros tortores adhibui. Rectè crucior, quæ cruciatus illis paravi. Acriter infans, Kiliane, ignem accendis Kolimanne, fomenta ministras Tormane: sufficit vobis vicisse nimis, vestras ulciscimini injurias. A calice dictus es Kiliane, sed nimis amaram mihi potionem infundis. His dictis miserabiliter torquebatur, ita ut à multis teneri vix posset. Tandem cum magno cruciatu ad cruciatus diabolo paratos migravit. Cernimus impletum, quod veritas in Evangelio dicit: Dominus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis: Amen dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. *Serius in ejus vita tom. 8. Maij 8. apud Baron. tom. 8. de S. Kiliano an. Domini 689.*

Cum Rufforum Rex à S. Bonifacio, qui Ruffis Evangelium prædicabat, miraculo ad fidem Christianam esset conversus, decrevit regnum filio relinquere, & Bonifacio quædam vivere, adherere. Frater autem Regis cum ipso pariter habitans, dum noller credere, absente Bonifacio, ab ipso Rege interemptus est. Alius vero frater, qui jam à Rege erat colubatione divifus, cum ad eum vir venerabilis venit, audire verbum ejus noluit, sed de conversione fratris, nimia aduersus eum ira faciens, continuo comprehendit. Deinde timens, ne si vivum teneret, Rex eum de manu ejus eriperet, in sua præsentia, circumstante non parva hominum multitudine, decollari præcepit. Statim vero & ipse cæcatus est, & tantus eum cum omnibus, qui allabant, stupor oppressit, ut nec loqui, nec audire, nec aliquod humanitatis officium agere aliquatenus possent: sed cuncti veluti lapides, rigidi & immobiles permanerent. Rex autem hoc audens, nimio dolore percussus, omnino delibetatur non solum fratrem occidere, sed & cunctos, qui tanti reus fautores extiterant, gladiis truncare. Sed cum illic proinis

INNOCENTUM.

Putæ Conscientie terror.

Symmachus, & hujus gener Boetius, à suis majoribus virtus nobilitatem adepti, inter Romanos & Senatorios viros Principes erant, & consilatus urique dignitate perfuncti, philosophia supra ceteros & æquitate studierunt, in hisque tam civium, quam exterorum inopia succurrendo, saluti ferre. Hi postquam ad ingentem gloriam evasere, deterrimos quoque in sui invidiam concitarunt. Nam his delatoribus Theodorici Rex perfidius, Symmachum Boetiumque perinde ac res novantes occidit, eorumque bona omnia publicavit. Sed paucis post diebus, cœnanti sibi cum mitæ magnitudinis piscis ministris decoctum caput apposuissent, Symmachi nuper occisi caput illi est vitium, præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus, & torvè intructibus oculis, furibundè & sibi & acerbè comminari. Unde monstris novitate terribis, membrisque præter modum tremebundis & rigens, in cubiculum statim citato gradu successit: identidemque jubendo, togarum ut sibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quiescit. Elpidio deinde medico omnibus, quemadmodum accidissent, diligentius explicatis, in Symmachum, Boetiumque à se scelus patratum desebat. Quo deinde deplorato, ex accepta calamitate dolore ingenti affectus, haud longè post moritur cum primùm id injulitæ & ultimùm in suos idcirco exercisset exemplum, quia non suo & pristino more diligenter per vestigata causa, in tantos viros animadverterat. *Procop. de bello Goth. lib. 1. Cranz. lib. 3. Suetice c. 19. Baron. tom. 7. ad an. Christi 526.*

Vide plura initio hujus Tituli.

ALIA HOMICIDIA DIVINITUS DETECTA.

De Partheni necè, cui regi Francorum à Theoberto Rege cura commissa erat, sic tradit *Gregorius Thronensis*: Fracium cum Parthenium in odio magno haberent, pro eo quòd tributa eis antedicti Regis tempore inflexisset: ille verò in petulo positum se cernens, confugium ab urbe facit, & à duxibus Episcopis suppliciter exorat, ut eum ad urbem Trevericam deducentes, populi ferventis seditionem sua prædicatione comprimerent. Quibus euntibus, nocte dum in stratu suo decumberet, per somnium vocem magnam emisit, dicens: Heu, heu, succurrite qui adestis, & auxilium ferre perueni. A quo clamore expergesti qui aderant, interrogabant, quid hoc esset. Respondit ille: Aulianus amicus meus cum Papiam conjugem, quos olim interfeci, ad iudicium me accerlebant, dicentes: Veni ad respondendum: Zelo enim ductus, ante aliquot annos, conjugem innocentem amicumque peremerat. Igitur accedentibus Episcopis ad antedictam urbem, eum strepentis populi seditionem ferre non possent, eum in Ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponentes eum in arca, & desuper stementes vestimenta, quæ etant ad usum Ecclesie. Populus autem ingressus, pericratulque universos angulos Ecclesie, cum nihil reperisset, frendens egrediebatur. Tunc unus ex suspitione locutus, ait: En arca, in qua non est inquisitus aduersarius noster. Dicentibus verò custodibus, nihil in ea aliud, nisi ornamenta Ecclesie contineri: illi clavem postulant, dicentes: Nisi referaveritis velocius, ipsi etià spontè confringemus. Denique referata arca, amoris linteaminibus, inventum extrahunt, plaudentes arque dicentes: Tradidit Deus inimicos nostros in manus nostras. Tunc exardentes cum pugnis, sputisque perurgentes, vincis post tergum manibus ad columnam lapidibus obrunt. *Greg. Tur. Franc. lib. 3. c. 26. Baron. tom. 7. an. 552. 19.*

Vit venetabilis Sabinus Camisæ civitatis Episcopus in provincia Apulie, cum in longum sentium vitam traheret, ejus Archidiaconus ambitione adipiscendi Episcopatus accensus eum extinguere veneno molitus est. Qui cum vini furoris animum corrupisset, in mixtum vinum veneno sibi poculum præberet: refectionis hora cum jam vir Dei ad edendum duciamberet, ei præmissis corruptus puer hoc, quod ab Archidiacono ejus acceperat, poculum veneni obtulit. Cui statim venetabilis Episcopus dixit: Bibe tu hoc quod mihi bibendum præbes. Tremefactus puer deprehensum se esse sentiens, malus mortiturus bibere, quam penas pro tanti homicidii culpa tolerare: cumque sibi ad os calicem duceret, vir Dei compescuit, dicens: Non bibas, da mihi, ego bibo: sed vade, dic ei qui tibi illud dedit: Ego quidem venenum bibo, sed tu Episcopus non eris. Facto igitur signo crucis, venenum Episcopus bibit securus. Eadè hora in loco alto, in quo erat, Archidiaconus ejus defunctus est: ac si per os Episcopi ad Archidiaconi viscera illa venena transfuissent. Cui tamen ad inferendam mortem veneno qui-

A advenisset, & corpore Martyris adhuc in medio posito, fratrem cum reliquis hominibus sine sensu & motu suspensos astare conspiceret: hoc sibi cum suis omnibus placuit, ut prius pro eis oratio fieret, si forsitan illis divina misericordia sensum, quem amiserant, reformaret. Deinde si acquiescitur credere, indulto crimine viverent: sin autem, quos ulteriores gladiis interirent. Cum igitur & ab ipso Rege, & à cæteris Christianis diutius esset oratum, & non solum prior sensus stupefactis hominibus reddidit, sed insuper consilium flagitanda: vera salus immititur. Nam continuo penitentiam lui i criminis flectibiter expesunt, baptisimè sacramentum magna alacritate percipiunt: super corpus quoque beatissimi Martyris Ecclesiam construunt. *Pet. Damia. in vita Romual. 29. & 30. apud Bar. tom. 11. an. 1008. 6. 7.*

Pipinus Crassus Austrasie Dux, Lambertum virum sanctum, Trajectensem Episcopum, ab Ebroino virum hoste sede pulsum, & in cœnobium velut portum tranquillitatemque profectum, in locum pristinum restituit. Verum postea, ut omnibus rebus lætis diuturnis felicitatis libidinem manifesta numeris iræ, penaque atrox infusa est. Ille enim tines toto corpore repente scaturientibus, sædo odore cruciatuque vexatus, in Mosam per furentem rabiemque se præcipitem dedit, Lambertum jam enteferent multis divinitatis signis. *Paul. Emil. hist. Franc. lib. 1. c. Sig. an. 699.*

FRATRICIDIUM.

De nefando facinore Constantis Imperatoris, qui impulsu malorum demonum fratrem suum Theodosium jam Diaconum necè abstrulit, ita crudeliter fratricidium sacrilegio magis infamans, ex Theopane hæc habent Græcorum Annales. Anno decimo octavo Imperii Constantis germanum suum fratrem Theodosium interfecit: quem quidem, offensus ab eo antea, opera Pauli Patriarchæ attonsum Diaconum consecrari voluisset: a quo ministrante idem Imperator sancto sanguinis poculo in sacrosanctis mysteriis imperitus fuisse. Ista vero hæc impune, inquit Baronius, paravit: exegit enim, susus sanguis innocuus à Deo vindictam, ut omnibus vitæ suæ diebus, instar Cain, conscientie stimulis agitatus, profugus & vagus viveret super terram; eò infelicio, quòd non fecit ille signum accepti à Domino, ne ab aliquo interiretetur: etenim insequente eum culpa, tremens ubique locorum fuit & pavens: sed etiam ea ex causa infelicitissimus, quòd ob oculos positum profectum remedium penitentiam non arripuit, sed in fuga scelera nefandissima collocavit, vixit panans, mutatione locorum ab insequente se culpa non expiata posse defendi. Quindam autem memoria dignum tuum acciderit, audi inchoate tragedia dignum exitum. Ubi enim scelus, imò in uno plura scelera nefandissima perpetrasset, eum extinctum penitus fratrem, & oblivione sepultum omnino putavit, didicit suo damno miser superesse post eadem hominis, quòd vivat & clamet. Sed accipe, quæ in Græcorum leguntur Annalibus: Is ergo Theodosius à morte sua ipsi Constantino crebro per quietem vius est. habitu Diaconi poculum sanguine plenum porrigens, acqo dicens: Bibe, frater, ac si diceret: Inebriare fratrem sanguine, quem sudisti: talem decet propinare poculum plenum sanguine avide crudelitatis. Expiere cruore germani porrigentis, non ut olim in Ecclesia porrigebat in tuarum redemptionem culpatum sanguinem Christi, sed in ultionem paratum. Sume de manu non sanguine agni referum poculum, quo percussor Angelus abigatur, sed qui ultorem excitet in te Deum. Accipe sanguinem victimæ, non quo sanctum esset sedus, sed quo tua est damnatio comparata. Porrigo calicem non salutarum, sed ita Dei poculum plenum, quod haurias, esse necesse. Meus ecce sanguis, qui nunc à Deo vindice tuis vocibus exigit. Audiebat hæc, & metuebat Imperator, ultrice acicante pariter conscientia, & fugientem majoribus clamoribus insequentem. Ejus visiois acerbitate vixit infelix Imperator, stavit in Siciliam abire. Itaque in urbe reliquens uxorem & tres filios, celocem conscendit (est navigii genus) cumque solvisset, conversus retro urbem Imperii vixere conspuit. Sed ne in Sicilia quidem in omnium illud vixere conspuit. Sed ne in Sicilia quidem in omnium illud vixere conspuit. Sed ne in Sicilia quidem in omnium illud vixere conspuit. Sed ne in Sicilia quidem in omnium illud vixere conspuit.

D nem Christi, sed in ultionem paratum. Sume de manu non sanguine agni referum poculum, quo percussor Angelus abigatur, sed qui ultorem excitet in te Deum. Accipe sanguinem victimæ, non quo sanctum esset sedus, sed quo tua est damnatio comparata. Porrigo calicem non salutarum, sed ita Dei poculum plenum, quod haurias, esse necesse. Meus ecce sanguis, qui nunc à Deo vindice tuis vocibus exigit. Audiebat hæc, & metuebat Imperator, ultrice acicante pariter conscientia, & fugientem majoribus clamoribus insequentem. Ejus visiois acerbitate vixit infelix Imperator, stavit in Siciliam abire. Itaque in urbe reliquens uxorem & tres filios, celocem conscendit (est navigii genus) cumque solvisset, conversus retro urbem Imperii vixere conspuit. Sed ne in Sicilia quidem in omnium illud vixere conspuit. Sed ne in Sicilia quidem in omnium illud vixere conspuit. Sed ne in Sicilia quidem in omnium illud vixere conspuit.

L. B. T. beat. vita Human. Tom. IV.

